Quelle: https://manuscripta.at/?ID=409
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ficantem. Siue intelligatur primus adam
qui de puluere animalis creatus est. nouissi
mus autem adam qui de uirgine procreatus est.
siue in uno quoque homine utrumque
compleatur. ut primus adam sit homo in cor
pore mortali. nouissimus autem adam ipse
in corpore inmortali. tamquam inter animam uiu
entem et spiritum uiuificantem hoc interesse
uoluit. ut illic corpus sit animale hic
spiritale. Anima quippe in corpore animali
uiuit quidem sed non uiuificat usque ad au
ferendam corruptionem. In corpore uero spiritua
li quoniam perfecte adherens domino unus spiritus
est sic uiuificat ut spiritale corpus effici
at. absumens omnem corruptionem.
nullam metuens separationem. Primum sequitur
sed non prius quod spiritale est sed quod animale. postea spiri
tale est. Primus homo de terra terrenus. secundus
homo de celo celestis. qualis terrenus tales
et terreni. et qualis est celestis. tales et
celestes. Sicut portauimus imaginem ter
reni. portemus et imaginem celestis. Quod est
qualis est terrenus tales et terreni. id est mor
tales ex mortali. Et quod est qualis est celestis
tales et celestes. id est inmortales per in
mortalem. Illud per adam. hoc per christum.
Non enim ad hoc terrenus factus est cum esset ce
lestis. ut eos qui terreni erant faceret ce
lestes. hoc est ideo ex inmortali morta
lis factus est. assumendo formam serui non dei
mutando naturam. ut eos qui mortales
erant faceret inmortales. impertiendo
dominicam gratiam non seruilem iniuriam reti
nendo. Cum ergo de resurrectione corporis
apostolus disputans docet nostra corpora fu
tura ex corruptibilibus incorruptibilia, ex contemp
tibilibus gloriosa. ex infirmis fortia ex a
nimalibus spiritalia. hoc est ex mortalibus
inmortalia. subiecit unde agitur atque

ait. Hoc enim dico fratres. quia caro et sanguis
regnum dei possidere non possunt. Et ne quisquam
putaret secundum carnis substantiam hoc apostolum
definisse. aperuit quid diceret subiungen
do. neque corruptio incorruptionem
possidebit. tamquam diceret. Quod dixi caro
et sanguis regnum dei non possidebunt. ideo
dixi quia corruptio incorruptionem
possidere non potest. Hoc ergo loco nomine
carnis et sanguinis corruptionem morta
litatis intelligi uoluit. Denique tamquam
ei diceretur. quomodo caro erit et caro non erit. caro
quippe erit quoniam dominus post resurrectionem
ait. palpate et uidete quoniam spiritus carnem
et ossa non habet sicut me uidetis habere.
caro autem non erit quoniam caro et sanguis reg
num dei non possidebunt. exponit quod
dixit adiciens. Ecce misterium uobis
dico. Omnes quidem resurgemus. uel sicut
greci codices habent. omnes quidem dor
miemus. non tamen omnes inmutabimur. Hanc
inmutacionem utrum in deteriorem an in
melius intelligi uoluerit inferiora
demonstrant. In momento inquit
hoc est in puncto temporis quod diuidi non potest.
in ictu oculi hoc in summa celeritate.
in nouissima tuba hoc est in nouissi
mo signo quod dabitur ut ista compleantur.
Canet enim tuba inquit et mortui resur
gent incorrupti et nos commutabimur.
Ergo commutacionem istam in melius sine
dubitacione oportet intelligi. quia
omnes et iusti et iniusti resurrecturi
sunt. sed sicut dominus in euuangelio loquitur. qui
bene fecerunt in resurrectionem uite.
qui male egerunt in resurrectionem
iudicii. iudicium appellans penam sem
piternam. sicut alio loco qui non credit in
me iam iudicatus est. Sed non illi qui ad iudi